NICOLAI VERNULÆI

INSTITUTIONUM

MORALIUM

LIBRI IV.

Qui omnia Ethicæ ſeu bene viuen-
di Doctrinæ elementa
continent.

BIBLI... SALAMANCA

LOVANII,

Typis IUSTI COPPENI,

ANNO M. DC. XL.

Cum Priuilegio.

ILLVTRISSIMO

ET

REVERENDISSIMO

DOMINO

IACOBO BOONEN

ARCHIEPISCOPO

MECHLINIENSI.

ANtiquiſſima Philoſophandi ratio, ILLVSTRISSIME ET REVERENDISSIME DOMINE, de vitâ & moribus eſt. Eam Veteres priſco illo æuo ita diligenter Authore Socrate perſecuti ſunt, vt ad vitam honeſtè tranquilleque degendam neceſſarium nihil magis eſſe iudicarent. Quippe per eam humani mores inſtituun-

INSTITVTIONVM MORALIVM LIBER PRIMVS

De Bono, ſummo Bono, & Actionibus humanis.

TITVLVS I.

DE BONO.

CAPVT I.

Quid ſit bonum.

BONVM, definiente Philoſopho libro I. Ethicorum, eſt id, qnod omnia appetunt. Ideo voluntatis humanæ & actionum noſtrarum eſt ſcopus ac finis. Et vt Plato in Gorgia ait, amandum eſt, optandum, & per ſe ſuaque natura expetendum. Hoc vero bonum vel verum eſt, vel duntaxat apparens. Verum eſt, quod non alterius,

De finitio Boni.

Diuiſio in verũ & apparens.